sacram [m] communionem sepius recepisset et a suo confessore sibi
diceretur non opus esse sacram communionem sepius recipere, [n]
ipse [o] venerabilis presul fertur dixisse verbum memoria [p] dignum:
Anima, inquit, mea optat et plurimum affectat hoc sacramen-
1304 mart. 28. tum, quia bonum est viaticum. Post hec [q] obdormiens in pace
sepultus est in ecclesia S. Patrocli in Susato.

Siquidem+ ante prefati venerabilis pontificis obitum Albertus
Chron. quorund. regum. Romanorum rex memoratus adversus eundem archiepiscopum
sinistro depravatus odio occasiones sibi sumens presertim ad
instigacionem civium ut fertur coloniensium, qui cum suo [r] archi-
episcopo stare quiete non consueverunt [s], cum valido exercitu terram
archiepiscopi coloniensis ingressus consedit supra [t] littora Reni in
1302. terminis villarum Surde [55] Wisse [u] et Rodenkirchen [v] in territorio
ecclesie [w] coloniensis, [56] fines terrarum ecclesie in circuitu dampna-
biliter depopulando. [x] Cum autem ipse [y] archiepiscopus dicti
regis potencie, cuius quidem exercitus absque numero videbatur,
resistere non valeret, tandem necessitate compulsus per tractatus
pacis venit in concordiam cum dicto rege quamvis non sine
pravo [z] ecclesie detrimento. Nam in compositione dicte pacis
ipse archiepiscopus resignavit [57] dicto regi [a] castrum regium [b] Werde [c]
cum theloneo [d] et opidum Sintzich [e] super fluvium Are [f], que
quidem allodia regia ab olim fuerant per antecessores dicti regis
coloniensi ecclesie pro 36000 marcarum denariorum sterlingorum
obligata [58] et tandem per eundem Albertum regem ipsi domino Wigbol-
do [g] archiepiscopo confirmata. Alia quoque nonnulla pacta idem rex ante
suum recessum a prefato archiepiscopo extorsit ecclesie coloni-
ensi non minus dampnosa.

[55] Suerth et Weiss.

[56] v. dipll. Alberti data in ca-
stris prope Coloniam 1302 m.
oct. ap. Lac. III, p. 13 sqq.

[57] Conditiones paulisper
diversas exhibet dipl. 1302
oct. 24 ap. Lac. III, p. 14.

[58] Castrum Kaiserswerth et
theloneum Bonnense pro
37500 marcis ab Adolfo rege
obligata fuerant; v. Lac. II, p. 554.

+ Sequentia in codd. 5 et 6 propius ad chron. quorundam regum accedunt.

m) sacram deest 4. n) rec. sepius 2. recipere deest 4. o) vero add. 3. p) memorie 1. 4. 4'. 4''. q) hoc 4. 4'. 4''. r) suo deest 2. s) consueverunt 2. t) super 2. u) Wysse 1. v) Rodekirchen 2. w) civita-tis 2. 3. 4. x) populando 2. 3. y) ipse deest 3. z) parvo codd. a) dicto regi resign. 4. 4'. 4''. b) regi-um deest 2. c) Keyserswerde 2. d) thelonio 1. theoloneo 3. e) Syntzich 1. f) Ter 1. 4'. g) Wigberto 1.